

Zeitschrift: Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse

Herausgeber: Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

Band: 95 (2001)

Artikel: Der Zürcher Abblasstraktat des Albert von Weissenstein (1480)

Autor: [s.n.]

Kapitel: De anno iubileo et privilegiis ipsius

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-130311>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 15.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

De anno iubileo et privilegiis ipsius

65 Nunc de gratia anni iubilei aliqua breviter sunt notanda. Iubileus itaque annus a veteri lege Deo iubente Levitici xxv institutus et dicatus et singularibus privilegiis insignitus fore noscitur. Unde Dominus dixit: *sanctificabis annum quinquagesimum, ipse est iubileus*,¹⁰⁶ significans statum beate resurrectionis hic per graciam et in futuro per gloriam. Quo circa sicut in iubileo olim revertebantur homines ad domos proprias, ita in anno iubileo spirituali revertuntur homines per graciam reconciliacionis¹⁰⁷ in domum suam sancte matris ecclesie, a qua per peccatum alienati fuerunt, et tandem in domos corporum suorum in beata resurreccione. Secundo in iubileo recuperabant homines hereditates distractas. Sic in hoc iubileo gracie restituet nobis Deus per graciam hereditates paradisi preclaras per peccata nostra distractas, iuxta illud psalmiste: *Tu es, qui restitues hereditatem meam michi*.¹⁰⁸ Item in iubileo servi fiebant liberi. Pari modo in iubileo gracie et glorie *ipsa creatura liberabitur a servitute*¹⁰⁹ *corruptionis in libertatem glorie filiorum Dei*, secundum apostolum.¹¹⁰ Iterum in iubileo terra quiescebat. Similiter in spirituali iubileo quiescunt homines a cunctis laboribus peccatorum [7v] per ipsius peccati abstinentiam, ut tandem in gloria requiescant a cunctis laboribus et molestiis mentis et corporis. Ultimo in iubileo debita remittebantur. Pariformiter in hoc nostro iubileo gracie omnia debita peccatorum quocunque tempore contracta per penitencie sacramentum et has graciosas indulgencias omni modo remittuntur. Porro, sicut olim annum iubileum precedebant septem septenarii, post quos inmediate sequebatur annus quinquagesimus, ideo, ut perveniamus ad verum iubileum gracie in presenti et glorie in futuro, debeamus nunc per septem septenarios transire. Unus est septiformis pugna contra septem vicia, quia †vere mundus cara demonia diversa movent prelia†, sicut olim filii Israhel contra septem gentes pugnabant. Unde Orienes: In eversione Ierico dicitur populus universus iubilasse;¹¹¹ sic, *si intra te pugna geritur, dum caro concupiscit adversus spiritum*,¹¹² *et si hec intra et*¹¹³ *consonent et*

¹⁰⁶ *Lev. 25, 10* sanctificabisque annum quinquagesimum et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terrae tuae, ipse est enim iobeleus.

¹⁰⁷ reconciliaacionis *im Druck*.

¹⁰⁸ *Psalm. 15 (16), 5*

¹⁰⁹ servitu e *im Druck*; t von Hand nachgetragen.

¹¹⁰ *Rom. 8, 21* quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.

¹¹¹ *Rufin. Orig. in Ios. 7, 2* (*Sources Chrétiennes 71, Paris 1960, S. 196*) historia refert, quia non solum sacerdotes tubis cecinerunt, ut caderent muri Hiericho, sed et audita voce tubae dicitur universus populus ululasse ululatu magno, vel, sicut in aliis exemplaribus habetur, iubilasse iubilo magno.

¹¹² *Gal. 5, 17* caro enim concupiscit adversus spiritum.

¹¹³ So *im Druck statt te?*